Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Unde supra (mit Textverlust)

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

ista post mortem. nec tamen ma
lus ut ei non prosint ista p(ost)
mortem. Est uero talis in
bono ut his non indigeat.
Et est rursus talis in malo ut nec
his ualeat cum haec uita tran
sierit adiuuari. Quocirca
hic omne meritum comparatur.
quo possit post hanc uitam re
leuari quispiam uel grauari.
Nemo autem praeparet quod
hic neglexit cum abierit dn(u)m
promereri. Non igitur ista
quae pro defunctis commen
dandis frequentat ecclesia. il
li apostolicae sunt aduersa
sententiae qua dictum est.
Omnes enim adstabimus ante
tribunal xpi. ut ferat unus
quisq; secundum ea quae per
corpus gessit siue bonum siue
malum. Quia & iam hoc
meritu sibi quisq; cum in cor
pore uiueret comparauit. ut
ei possint ista prodesse.
Non enim omnibus prosunt.
Et quare non omnibus prosunt
nisi propter differentiam uitae
quam quisq; gessit in corpore.
Cum ergo sacrificia siue altaris
siue quarumq; elemosinarum
pro defunctis baptizatis omni
bus offeruntur. pro ualde bo
nis gratiarum actiones sunt.
Pro non ualde malis. propitiatio
nes sunt. Pro ualde malis & iam
si nulla sunt adiumenta mortuo
rum. qualescumq; uiuorum con
solationes sunt. Quibus autem
prosunt. aut ad hoc prosunt ut sit
plena remissio. aut certe ut tolera
bilior fiat ipsa damnatio.
Post resurrectionem uero facto
uniuerso completoq; iudicio.
suos fines habebunt ciuitates
duae una xpi altera diaboli.
Una bonorum. altera malorum.
Utraq; tamen & angelorum & ho
minum. Istis uoluntas illis
facultas non poterit ulla esse
peccandi. uel ulla condicio mo
riendi. Istis aeterna uita uere
feliciterq; uiuentibus. illis infe
liciter in aeterna morte sine mo
riendi potestate durantibus.
Quo utriq; sine fine. sed in beati
tudine isti alius alio prestabilius.
in miseriae uero illi alius alio
tolerabilius permanebunt.

CXXXII

UNDE SUPRA.

IAM UERO DE RESURREC
tione carnis non sicut quidam
reuixerunt iterumq; sunt
mortui. sed in aeternam uitam
sicut xps resurrexit. quemad
modum possim breuiter dispu
tare. & omnibus questionibus
quae de hac re moueri assolent

satis facere non inuenio.

Resurrecturam tamen carnem omnium quicumq; nati sunt hominum atq; nascentur & mortui sunt atq; morientur nullo modo deb& dubitare xpianus. Unde primo occurrit de abortiuis fetibus quaestio. qui iam quidem nati sunt in uteris matrum. sed nondum ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus de his qui iam formati sunt. tolerari potest utcumq; quod dicitur. Informes uero abortus quis non pro diuinis perire arbitretur sicut semina quae concepta non fuerint.

Sed quis negare audeat. & si adfirmare non audeat. id acturam resurrectionem ut quicquid formae defuit impleatur. atq; ita non desit perfectio quae accessura erat tempore. quemadmodum non erunt uitia quae accesserant temp.

Ut neq; in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant natura fraudetur. neq; in eo quod aduersum atq; contrarium dies attulerant natura turpetur. sed integretur quod nondum erat integrum. sicut instaurabitur quod fuerat uitiatum. Ac per hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos quaeri. ac disputari potest. quod utrum ab homine inueniri possit ignoro. quando incipiat homo in utero uiuere. Utrum sit quaedam uita & occulta que nondum motibus uiuentis appareat. nam negare uixisse puerperia quae propter ea membratim exsecantur & eiciuntur ex uteris pregnantium. ne matres quoq; si mortua ibi relinquantur occidant. inpudentia nimia uidetur.

Ex quo autem homo incipit uiuere. ex illo utiq; mori iam potest.

Mortuus uero ubicumq; illi mors potuit euenire. quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum reperire non possum. Neq; enim & monstra quae nascuntur & uiuunt. quamlib& cito moriantur. aut resurrectura negabuntur. aut ita resurrectura credenda sunt. ac non potius correcta emendataq; natura.

Absit enim ut illum bimembrem qui nuper natus est moriente. de quo & fratres fidelissimi quod eum uiderint retulerunt. & scae memoriae hieronim prbr

ſcriptum reliquit. Abſit
inquam ut unum hominem
duplicem ac non potius duos
quod futurum fuerat ſi ge
mini naſcerentur reſurrec
turos &ſtimemus. Ita ce
tera quae ſinguli quiq; par
tus uel amplius uel minus ali
quid habendo uel quadam
nimia deformitate monſtra
dicuntur ad humanę naturę
figuram reſurrectione reuo
cabuntur. ita ut ſingulę ani
mae ſingula ſua corpora op
tineant. nullis coherentibus
&iam quaecumq; coherentia
nata fuerant. ſed ſeorſum ſibi
ſingulis ſua membra geſtan
tib; quibus humani corporis
copul&ur integritas.

Non autem perit do terrena
materies de qua mortalium
creatur caro. ſed in quemlib&
pulverem cinerem ue ſolua
tur. in quos lib& altius au
rasq; diffugiat in quacumq;
aliorum corporum ſubſtan
tiã uel in ipſa elementa ueſta
tur. in quorumcumq; anima
lium &iam hominum cibum
cedat. carnemque mutetur.
illi animae humanae puncto
temporis redit quae illa pri
mitus ut homo fier& creſcer&
uiuer& animauit. Ip
ſa itaq; terrena materies quae
diſcedente anima fit cadauer.
non ita reſurrectione repa
rabitur. ut ea quae dilabun
tur. & in alias atq; alias ali
arum rerum ſpecies for
masq; ueſtuntur. quamuis
ad corpus redeant unde di
lapsa ſunt. ad easdem quoq;
corporis partes ubi fuerant
redire neceſſe ſit. Alio
quin ſi capillis redit quod
tam crebra tonſura detraxit.
ſi unguibus quod totiens demp
ſit exſectio. inmoderata & in
decens cogitantibus. & ideo
reſurrectionem carnis non
credentibus occurrit informi
tas. Sed quemadmodum
ſi ſtatua cuiuslib& ſolubilis
metalli aut igne liqueſcer&
aut contereretur in pulverem.
aut confunderetur in maſſam
& eam uell& artifex rurſus
ex illius materiei quantitate
reparare. nihil intereſſe ad ei
us integritatem quae particula
materiae cuiq; membro ſta
tuę redderetur. dum tamen
totum ex quo conſtituta fu
erat. reſtituta reſumer&.
Ita ds mirabiliter atq; ineffabi
liter artifex de toto quod caro